



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XVI. Decembris. S. Adelheidis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S. ADELHEIDS, filia Rodolphi bellicosi Burgundionum Regis, & Bertha Sueorum Ducis filia, sanctitate vita cum primis celebris, defuncto marito Lothario Hugonis filio, ditione Papiensi, tanquam pannionio suo vrens à Berengario tyranno, qui solus regno præesse, & illius nomen obscurare, aut extingue reocabatur, timebatq; ne eam ditionem una cum regno pro dote in alium transferret, in custodiam coniecta, ac variis iniuriis affecta & vexata est. Ex quâ diuinatus educta aliisq; grauibus periculis liberata, Chroni Magno Germanorum Regi, qui capto, tandem Berengario, potitus regno Italiae, Imperator factus est, matrimonio iungitur.

Imperatore marito longè post mortuo, püs exercitiis, perpetuò vacabat. Cum filio autem Othono vsq; adeò fæliciter regnauit, vt August. rum omnium auguſtissima dici mereretur. In diuersis orbis partibus plura Canonicorum, Monachorum, & Monialium cœnobia exstruxit, dotauit, ac Eccleſiam Cathedralem Augustanam restaurauit. Eſi porrò omni virtutum genere ornata, ab omnibus ſuspiceretur; præcipue tamen nomine liberalitatis erga pauperes commendabatur. Cum quodam die pauperum ad eam confluentium multudo, numerum nimborum quos fecum habebat, longè excederet, miraculoſe sancti illi sunt in manu eius, vt singulis posset elargiri.

Obiit dgmum A. C. M. die XVI. Dec. miraculis clara, claudi enim eius interceſſione ſoſpitatem impetrarunt: Cæco irem cuidam, ad eius ſepulchrum dormienti apparens, viſum promiſit. Si principi eius loci prediceret grauem Dei vindictam in ſeuosq; niſi bona Eccleſiaſtica cuidam monaſterio iniquè detenata, reſtitueret ſine mora: quâ legatione per functus ille viſum recepit. Ad eius ſepulchrum ad iſianiam redacti, aliisq; grauissimis morbis correpti, & a dæmoniis obſeffi, ipsius meritis sanitati reſtituti ſunt ac liberați. Ex vita & Prop. August.

S. ADEL-



S. ADELHEIDIS IMPERATRIX VIDVA ORD. S. BENED.
Rodolphi Burgundi filia, Lothari Italia, & Othonis M.
Germanica R. post Imp. coniux denum in Mon. Sola obit.
Ad cuius sepulchrum grauissimis concepsi morbis sanati sunt.
Ob. XVI. Dec. anno D. millesimo.

X 3

XVIII. DE-